

ficio, ut Episcopo celebranti, aut alia Pontificali exercenti assistere & inferuire, atque in Choro ad psalterium intonando, Hymnis, & Canticis Dei nomen reuerenter distictaque laudare.

Si ergo omnes & singuli canere, & Choro deservire tenentur, omnes profecto & singuli in idem Divinum Officium conspiciant, & ad ea omnia animum convertantur necesse est, quibus ad laudes Deo persolvendas Ecclesia utitur. Id cum ita se habeat, alia ab aliis Breviaria retineri, Officia alia recitari non possunt, quoniam standum est Breviario & Officio, quo Chorus utitur, in quod omnes una voce, unaque contentione convenire debent; & hac quidem generali regula Decanus Ecclesie non minus quam ceteri continetur. Major sane difficultas occurreret, si de Decano sermo esset, qui minime resideret, quique utpote a Choro absens, post Pii V. Bullam, una cum ceteris canere non teneretur; sed in eo statu accepta re, in quo hic Decanus versatur nulla superest difficultas.

Quod diximus, id S. Thomas definit in hac verba: De electione Officii rationabiliter videtur, quod debet dicere Officium illius Ecclesie, in qua majorem habet gradum; pura si in una sit Decanus, & in alia simplex Canonicus, debet dicere

Officium Ecclesie, in qua est Decanus. Si autem fuerit in aliqua eorum presens, debet se conformare illi, cum quibus con-versatur. Navarrus pariter, ac Scoto idem sentiant; quibus addi possent auctoritates cap. De iis, & cap. Placuit dist. 12. & veterum Canonistarum, ut Archidiaconi, & Turrecremate in hac eadem Capita; ut proinde Decanus, de quo questio est, cum Capituli sui Officium, quod Dioecesis Officium est, persolvere debeat, ejus quoque Breviario non uti non possit; nec ei iusta causa suppetat, sur a ceterorum Canonico- rum consuetudine, que ei legis loco esse debet, recedat; aliter peccaturus, nec minorem poenam, quam ceteri subiturus, presertim cum Bulla Pii V. peculiariter Ecclesie eius, quorum possessione iustitiam gauderet, iura servaverit.

Et per hoc quidem responsum Consilium subscriptum singulis propositis questionibus se putat satisfecisse.

Decisum Parisiis hac die 6. Martii ann. 1637. Augustinus de Lamoignon Pater.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

ORATORIUM.

Duplex est Oratorii Congregatio. Aliam quippe instituit S. Philippus Neri, quae Romae, & in aliis quibus aliis Italiae locis existit. Sanctus hic Vir sacris Ordinibus initiatus ann. 1551. collationes intra proprium cubiculum habendas suscepit eo cum successu, ut plurimis omnium conditionis hominibus convenientibus, locum amplum, spatiosumque, quem in Oratorii formam composuit, ab Administrato- ribus Ecclesie Sancti Hieronymi de charitate vulgo dicta postulare coactus fuerit. In hunc igitur locum ann. 1558. spiritalia exercitia translata fuere, quem locum Sanctus Philippus non ante ann. 1574. deseruit, ut ad Sancti Joannis Florentinorum Ecclesiam, in qua ad annum usque 1583. moratus est, se conferret; cum tamen Ecclesia, cui Vallicella nomen, ann. 1573. ei data esset; consentiente Gregorio XIII. qui ejus Congregationem approbavit. Omnes ejus discipuli in hoc se domicilium contulerunt, unde Sanctus Fundator nonnullos abstraxit, ut ad similes Institutiones Neapoli, in Fano Sancti Severini, Firmi, & Panormi edendas proficiscerentur. Nulla prorsus alia regula Sanctus Vir Congregationem suam, quam Morali Evangelii adstrictam voluit, quin ullis Monachalibus Constitutionibus subderetur. Hinc tamquam ex equo Trojano prodire praestantes Viri, & Cardinales non pauci, quos inter Baronius, Terrugius, Collaredus, alique.

Congregatio haec edidit Decreta duo, quae animadversione digna sunt, quia sunt ejus duplex veluti fundamentum. Primum est, ut cum Sociis ex proprio Instituto nulli se voto addixerint, sed mutuae tantum charitatis vinculo sese devinxerint, semper in hac animi preparatione persistant, ac si forte contigerit, ut eorum aliquis Congregationem ad Vota adigere velit, ei omnino non auctoritetur, etiam si major numerus in ejus sententiam descenderet. Decretum alterum novis omnibus Congregationibus, nihil magis, quam suam ipsarum propagationem querentibus satis oppositum ejusmodi est, ut ad omnem dissipationem, & confusionem, quam ingens Familiarum numerus affert, evitandam Congregatio haec in una Romana Familia instituitur, quin ullam aliam administrandam suscipiat; Quod si aliis in Urbibus similes Congregationes ad Romanae exemplum erectae fuerint, ei non uniantur; ut unum corpus constituant, sed unaquaque Familia ei se conformans, ipsa se seorsum curet, ut proinde singulae sint totidem corpora, vicissim nequaquam pendencia: Romanae tamen unitae sunt Familiae tres, Neapolitana, Sancti Severini, & Anxani, in quarum postrema institutum est Seminarium; independentes sunt omnes aliae.

Constat Oratorium Romanum P. Superiore, qui Praepositus, seu Pater appellatur, quatuorque Presbyteris deputatis, qui ei Adfidentium titulo ad administrationem inserviunt. Superior esse debet saltem aetatis ann. 40. & Congregationis 15. Eligitur votorum pluralitate a Familia Presbyteris, qui ad decennium in ea morati sunt, nec ultra triennium in officio permanere potest, nisi elapsis annis tribus, in eo confirmetur. Ab eo pendet temporalis administratio, ejusque est in id incumbere, ne quid eorum, quae necessaria fuerint, singulis desit. Alii Familiae Ministri, quorum pariter officium trienni spatio concluditur, a Superiore una cum ejus quatuor Adfidentibus nominantur. Porro qui cooperantur, saltem 22. aetatis annum attingerint necesse est, qui vero 45. sunt praetergressi, Congregationi adscribi nequeunt. Cum trium annorum spatium in ea transegerint, Congregationis membra censentur eorumque nomina in Familiae Catalogo referuntur; tum vero non nisi ob errata gravissima expelli possunt; atque ut magis magisque facta rectaque justitia servetur, omnes Presbyteri, quibus Congregationis decennium est, coeunt, ut de erratorum qualitate judicium ferant; suum quoque suffragium conferunt, & duplici tertia parte opus est, ut exclusio statuat. Optandum sane foret, ut in omnibus secularibus Congregationibus eadem consilii ratio servaretur. Socii propriis bonis gaudent, qui vero in bonis non habent, eos Congregatio de suo alit, atque sustentat.

Presbyterorum Oratorii Congregatio altera Gallica est. Eam Petrus Berullius Parisinus, qui postea Cardinalis fuit ann. 1611. sub Episcopi sui auctoritate Parisiis instituit. Sanctus hic Vir a Cardinali Gondio Episcopo Parisiensi ad hanc institutionem procurandam extimulatus, Lutetiam Parisiorum die Sancti Martini ann. 1611. una cum Sociis quinque, illdemque Ecclesiasticis se recepit. Constitit in quadam domo Suburbii Sancti Jacobi, cui nomen inditum Hospitalis Valesiani, cujus loco Vallis Gratiae Monasterium extructum fuit. Ann. 1615. cum Sociis venit ad Hospitale de Bonchage; erecta denique Ecclesia est, quam ii nunc possident in via Sancti Honorati prope Liparam. Piam Berullii institutionem probantur boni quique; hujus inclyti Fundatoris votis annuit Deus, & opibus, atque auctoritate pollentes Viri ejus consiliis obsecundarunt. Regina tunc Regens ei concessit Patentes Litteras datas dies 2. Januarii ann. 1612. quibus statuitur Fundatio Familiae & Congregationis in Urbe vel suburbio, Presbyterorum in societate viventium, quibus is potissimum finis propositus, ut ad Sacerdotalis Ordinis perfectionem contendant, atque ita ex Episcopi Parisiensis mandato semper in id incumbant, ut Christianae doctrinae rudi-

menta populo tradant; bonis exemplis, & catechesibus ad pietatis opera Fideles excitent, siique omnibus generatim vacent, ad quae Christi Domini Presbyteri ex institutione tenentur. Expressis quoque verbis in Ludovici XIII. Patentibus Litteris declaratur, ut hujus Congregationis, quae Regiae Fundationis titulo decoratur, Presbyteri, proprio Episcopo mandante, Ecclesiasticis officiis operam navent. In acta relaxata fuerunt ex Litteris in Parisiensi Senatu die 4. Decembris ann. 1611. cum hac clausula: ea conditione, ut intra tres menses Episcopi, cui subiecti, remanebant, consensum afferant.

Cum deinde Berullius Congregationis suae per omnem Galliam propaganda consilium inisset, obtinuit a Paulo V. Bullam mensis Maji ann. 1613. & ex eo quidem tempore magnopere aucta est Congregatio non solum in Regno, sed etiam in Belgio. Presbyteri, quibus ea ab initio constabat, Oratorio Romano sese admodum conformarunt. Cardinali Berullio fato functo, Oratorium novam regimini formam suscepit. P. Carolus de Gondren, qui ei in Generalis munere successit fuit, in Congregatione ann. 1631. Parisiis habita decernendum curavit, eorum statum mere Ecclesiasticum esse, nec eos votis ullis aut simplicibus aut solemnibus adstringi posse, & quicumque ad vota emittenda subditos adigere volerint, vel ipsi eadem emiserint, etiam si major eorum numerus fuerit, illos ex eo ipso tempore censendos esse a Congregationis corpore separatos. Decretum est etiam, ut Congregationis suprema potestas & auctoritas in corpore legitime congregato resideret, eique Generalis subiectus maneat, & suffragium in omnibus sequi debeat, ita tamen, ut ipse duplici suffragio gaudeat. Nonnulla quoque statuta sunt, quae ad Familiarum, quae nunquam opulenta fuerunt, temporalia spectarent. Hujus porro Congregationis festi. 9. dati sunt Generali Adfidentibus tres, ad ejus potestatem circumscribendam, qui quoad temporalia negotia in Deliberationibus una cum eodem Generali decisiva voce gauderent. Declaratum praeterea est, ut qui in bonis haberent, aliquam pensionem solverent, nulla opera ab ipsis praestata ratione habita, quique Congregationi nomen darent, titulo non carerent.

Congregatio haec nunquam ex eo tempore suos generales conventus tertio quoque anno habere desinit, quod non sine magnis impensis fit, Deputatis ex extremis Regni finibus eo convenientibus. Accessitibus initio statim bene multis Adolescentibus, quos exerceri necesse erat, Berullius cooperandos Collegas censuit, qui ad eorum institutionem incumbere. Idem Patres susceperunt Parochias, quarum aliqua Familias unitae sunt, ad quas reditus pertinet. Denique Seminariis & Missionibus, in quibus egregiam Ecclesiae operam navant, vacare coeperunt.

Quoniam ejusmodi Congregatio nullis omnino votis obstricta est, sequentis casus argumentum eo spectat, ut appareat, an Patres, & Confratres, ex quibus coalescit, Constitutionibus, quae in Conventibus editae fuerunt, se subdere debeant, ita ut peccent, si huic obligationi non satisfecerint.

CASUS.

Oratorii Presbyterorum Statuta.

- 1 Statuta Congregationis Oratorii in generalibus Conventibus edita sub peccati poena obligant.
- 2 Peccatum hoc in aliquibus circumstantiis potest esse mortale.

QUAESTITUM.

Exiit Ecclesiastica Communitas adamum instituta, sed liberis personis constans. Habet illa statim temporibus generales Conventus, in quibus edita Statuta, quae servari vult. Seniores quoque Presbyteri, qui hanc Communitatem constituunt, e suis deputant ad Conventus, & Deputatos admodum ampla fide nomine agendi procuracione donant. En procuracionis verba; Nos, & quidem invocato Sancto Spiritu tribuimus N. N. Deputatis facultatem & commissionem accedendi nomine Familiarum N. . . ad generalem Conventum, sua suffragia praestandi, proponendi, tractandi, & definiendi omnia negotia, quae ad eundem spectant, promittentes fore ut nos, quicquid actum fuerit, ratum habeamus, ejusdemque Conventus omnibus deliberationibus, & conclusionibus acquiescamus. Conventus primus inter alia statuta hoc edidit, quod sequitur.

Nemo recipere poterit dona, cujuscumque pretii & qualitatis extiterint, ab iis, quibus in Congregationis officiis adfuit, ut ea in proprium commodum, & privatum usum convertat; sed quicquid hac ratione fornicus adveniet, Superiori integrum relinquatur, & in Communitatis bonum conferatur.

Quaeritur I. An peccet, qui ea sibi arrogat? Ex una parte videtur non ita esse; hujus enim Communitatis Constitutiones sub peccati poena non obligant; ex alia parte videtur Statutum ita obligare, nec illud simplex reformatio esse, sed iustitiae obligatio, quam ejusdem Congregationis Presbyteris Conventus imponunt, qui quidem ultro promiserunt, se quicquid captum, actum, definitumque fuerit, aeque libentique animo probaturos. Ita porro Conventus statuit cum ob alia, tum ob id imprimis, ut nempe privatis admittat occasionem & pretextum fovenda cupiditatis, quae scilicet abrepti Ecclesiasticis officiis se idoneos reddere studeant, fordido sibi sine proposito gratias acceptis; gratias date.

Idem Conventus mandant Superioribus, ut eorum, qui adlaborant, rationibus consulant; quod si illi, & Aconomi facere negligant, privato cuique adeundus est Generalis, quem generosum; humanum, iustumque esse omnes pro certo habere debent.

Praeterea Communitatis hujus Familiae sere paupertate laborant, & aeque subsistant, aeque potissimum, in quibus su-

scripiuntur, qui nomen datum veniunt, quorum bene multum non habent, unde anno primo pensionem solvant, quo quidem tempore nullum adhuc servitium exhibent Congregationi, quae, juxta Conventus, haud plures recipere debet, quam ferre valeat; Conventus ipsi huic tenari proveniunt ad dixerit stipendia, & inde Familias subsidium afferri volunt; hoc posito.

Quaeritur II. Quatenus peccarent Presbyteri qui contra Conventum intentionem & Statutum stipendia sua retinerent; & ad quid ipsi tum quoad praeteritum tempus, tum quoad futurum obligarentur?

Quaeritur III. An Presbyteri, qui aliunde in bonis habent, nec re vera indigent, ut sibi stipendiorum suorum pars a Superioribus relinquatur tanquam proprie dictis pauperibus, eam partem, vel totum, quod etiam magis injustum videretur, ita conscientia retinere possint; & quamvis eorum, siquidem ita se gesserint, obligatio tam haecenas, quam impolterum?

Quaeritur IV. An hujus Congregationis subditi, qui de propriis patrimonialibus titulis, qui cum effectu esse debent, haud se sustentant, nec suarum literarum portorium solvant, quamvis adlaborantes utrumque facere possent, peccent necne, & Congregationi restituere teneantur? Cum generales Conventus praecipiant, ut sibi quicquid de proprii tituli reditu quoad fieri poterit, vestium comparat, suarumque literarum portorium solvat. Ii porro, qui Familiarum impensis vivunt, sumptus longe majores faciunt, quam si ipsi se sustentarent; mitrent, acciperentque multo pauciores litteras. Familia nequeunt tunc tantisque impensis abique gravi incommodo satisfacere.

Quaeritur V. An Ecclesiarum Congregationi unitarum Parochi, qui sortitos earum proventus sibi sumunt, ipsi quoque non peccent, nec restituere teneantur, cum in iidem Conventus declaratum fuerit, id ad eos minime pertinere, sed oportere, ut id omne tradant Superiori, qui ipsis tribuet, unde elemosynas in Parochiarum suarum pauperes erogent?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet non id hoc loco in questionem vocari, utrum in Congregatione, de qua sermo est, statutum existat, quod singulis eam componentibus, puta Concionatoribus, aliisque prohibeat, ne quid eorum retineant, quae ex officiis, quibus in Congregatione funguntur, perceperint, sed potius quicquid is hoc pacto fornicus advenit, Superiori tradatur, & Communitati cedat: hoc quippe Statutum constans firmumque est; quemadmodum etiam est aeque certum, post Conventum primum, in quo editum fuit, illud ipsum in aliis deinceps non paucis firmatum, novaque auctoritate donatum esse; verum id maxime controversum, an Statutum hoc idem obliget, & quatenus?

Si hu.

Si hujus Statuti ratio ab origine repetatur, quod eorum nempe, qui illud ediderunt, auctoritatem, eos quidem satis magna, cur ita statuerent, facultate instructos fuisse certum est. Paulus enim V. in eo Diplomate, quod die 10. Maji ann. 1613. ad hujus Congregationis executionem dedit: eidem potestatem tribuit eorundem leges, & Statuta, prout Congregationis bono & utilitati expedire iudicaverit. Præterea qui his Conventibus interfuere, in quibus Statutum editum fuit, & Familiis, a quibus Deputati erant, procuratoris legitimos obtinuerunt, ut quæcumque ad Congregationis bonum necessaria, vel utilia credidissent, eadem statuerent. Non ergo Statutum hoc, quasi auctoritate caret, impugnari potest, vel allegari illud non fuisse perfectum, vel ejus obligationem præscriptam esse; quoniam, ut dictum est, illud ipsum in Conventibus deinceps habitis non semel firmatum fuit; quis ergo obligationem inducat, in dubium verti non potest. Quod si finis, seu rationes, quibus ad illud edendum, atque eidem iterandum Conventus permoti sunt, expendantur, intelligitur, illud sub gravi peccati poena obligare, & Concionatores, Regentes, Confessarios, aliosque subditos, qui illud violaverint, restituere debere stipendia, munera, dona, & strenas, quæ perceperunt, quippe quod id omne ad Congregationem de jure pertinet, ita ut singuli, salva justitia, nequeant id sibi sumere; hæc nimirum Statuti verba sunt in septimo Congregationis Conventu.

Ut autem id in meliore lumine collocetur, animadversione dignum est, Congregationem, de qua sermo est, in Ecclesia institutam fuisse, ut Ecclesiastici Viri eam amplectentes Ecclesiastica militaria perfectius obirent, & Sacrosancti Christi Domini sanctitatem honore afficerent, Sacrosancti dignitate integris, purisque fungentes. In eum finem I. Conventus ad cupiditatem & avaritiam, quæ singulos ad propria munia spe foetidi quæstus obeunda pertrahere possent, ex eorum animis extirpandam prohibuerunt, ne quis e subditis ea sibi sumeret, quæ ex Officiis in Congregatione peractis provenissent. II. Quia Congregationis non paucæ Familiæ sunt, quæ inopia premuntur, multique adfunt idonei subditi, qui bonis carent, ipsa proinde Congregatio Statutum hoc edidit, ut haberet, unde ejusmodi subditorum, ac Familiæ tam utili sustentationi proficeret; cum enim Congregatio ipsa non satis proventuum habeat, ut impensis omnibus satisfaciat, profecto curreret, nisi rationem excogitasset adigendi omnes & singulos Concionatores, aliosque in Congregatione existentes, operamque navantes ad sua stipendia Superioribus relinquenda, ut ita, quod deest, suppleri possent. Quamvis porro nullum hujusmodi Statutum existeret, naturale jus ipsum, ut videtur, id postulare; ex quo enim Societas quis se se dedit, ejusque membrum efficitur, nihil non agere debet, ut corpus, ejus quilibet portionem constituit, sicutum testamque servet.

Hoc postea, ad quæstiones propositas responderet. Ad primam, hujus Congregationis Presbyterum quemque peccare, dum dona, seu stipendia ex propriis officiis percipit recusat, & in proprium usum convertit. Id ex eo maxime evincitur, quod in Statuto mandatur, ut de jure ac iustitia ad Congregationem ea stipendia seu dona pertineant; addi ad illud possent, eos, qui Congregationi nomen dederunt, eum suas omnes sollicitudines, labores, ingenium, quo valent, usum, se denique totos ibidem Ecclesiæ servitio devoverint, multo magis propria stipendia, & quæcumque in Congregatione perciperint, emolumenta eidem tribuere debere.

Nec dici potest, Statuta hæc, ut Regularium fere Ordinum Constitutiones, sub peccati poena non obligare, in Constitutionibus enim articulis, qui Religionis substantiam afficiunt, ab iis distinguuntur, qui externam tantum disciplinam respiciunt; hi quidem fere ipsi per se sub peccati poena non obligant; at qui ad Religionem spectant in iis, quæ ad ejus essentiam pertinent, cujusmodi vota sunt, sub peccati poena obligationem inducant. Atque ita quidem de Statuto, quod est in manibus, pronuntiaripotest; afficit enim Congregationis ipsam mentem, quo possimum est instituta; & ad ejus statum, ac sustentationem refertur; nisi enim stipendia, seu dona a privatis percepta Superioribus traderentur, Familiæ, quæ eam componunt, ob tenues, quos possident, proventus subsistere omnino non possent. Ex quo apparet, ejus excidium, vel conservationem ab hujusce Statuti custodia, vel transgressione pendere; adeoque illud extra grave peccatum violari non posse.

Disputatio hæc solvenda quæstioni secundo loco propositæ infervere debet. Ad quæstionem tertiam quod attinet, ex dictis conscientie cogiturque Statuta; quæ ad dona, ac stipendia spectant, Congregationis subditis id expressis verbis injungere, ut quicquid forisve advenit, Superiori tradant, cumque in hujus Congregationis Conventu septimo pronuntietur, stipendia, dona, & oblationes de jure & de justitia ad Congregationem spectare, Presbyteros, qui satis in bonis habent, nec indigent, ut stipendia sui partem Superiores sibi relinquunt, partem hæc tuta conscientia retinere non posse; ac proinde ad præteritum tempus quod attinet, quicquid adversus Statu-

rum prohibitions sibi sumplerunt, id omnes ipsos Congregationi restituere debere.

Et sane cum Statuto firmatum sit, stipendia ad Congregationem juris ac justitiæ titulo pertinere, consequens proinde sit ac retineri non posse, quin iustitia iudatur, & quod inde consequitur, quin restitutum faciendum sit. Neque vero eo tantum fundamento nititur hæc obligatio, quod quicumque Congregationem hæc amplectuntur, ejusmodi Statuti se subdere, eademque acceptare censentur, dum Congregationi se dedunt; sed etiam quia Congregatio, dum eos acceptat, in se recipit se iis tum bene valentibus, tum ægrotantibus non desaturam, tamen nulla animi dote emineant, vel opera ad Congregationis utilitatem ac splendorem impendende imparis sint; quæ quidem conventio, seu expressa, seu tacita sit, satis gravior est, ut justitiæ obligationem pariat.

Quæstionem quartæ, & quintæ solutio pendet ex iis, quæ de eorum Statutorum obligatione dicta sunt, quæ ad eos spectant, qui ex titulum suorum proventus esse sustentare debent, quique Parochias Congregationi unitas possident.

Denique ut hæc dicta in pauca contrahantur, ostendaturque Statuta, de quibus agitur, sub gravi culpa poena, atque adeo ad restitutionem obligare; ejusmodi Statuta ex potestate, cui satis magna erat auctoritas, prodierunt, ea inferioribus acceptantur, gravibusque de causis, ad Congregationis conservationem spectantibus condita fuere; præterea Congregationem inter, & singulos congregatos reciproca conventio adeest, quæ obligationem utrinque parit; ut nempe hi quidem se se devotent, obstricta fide, suas causas, suas personas, suam omnem indulgiam ejus servitio, bonoque exhibeant; Congregatio vero ipsa quoque se iis semper, quicquid demum congerit, quæ se cumque ratione, ibidem consistentes, habuerint, præsto fore promittit.

Rogantur Sorbone Doctores, ut æquo animo scriptam proponant sententiam suam super casibus supra propositis, & super ea, quam ipsi exhibuerint, decisiva.

Præcedentis decisionis confirmatio.

Doctores subscripti ad solutionem, quam ad quæstiones primam, secundam, tertiam, & quartam attulerunt, magis, magisque firmandam existimant addi posse Congregationis Statuta, quorum monumentum Consilio oblatum fuit, gravis culpæ obligationem conjunctam habere quoad eos, qui eadem ex habitu violant. Rem ita esse evincunt Conventus plures, & præsertim Conventus quintus ann. 1675. Sane Congregationi visum fuisse plurimum interesse ea Statuta sancte, ac Religiose servari vel ex eo liquido constat, quod R. P. Generali, ejusque Consilio vehementer commendat, ut, quam maxime poterit, Statutum in præcedentibus Conventibus editorum executioni rogaret; & in posteriore Conventu ann. 1699. Deputati coram Deo rogantur, exoranturque, ut ad querendas rationes Statutorum jam conditorum præxi accommodatas animam, mentemque convertant.

Duo veniunt hoc loco animadversiones digna. Primum est; dici non posse horum Statutorum violationem gravis errati loco habendam non esse, quia in iis, tum quoad spiritualia, tum quoad temporalia, Congregationis tantum disciplina spectatur; etenim responderet, Statutum mandans, ut quod extrinsecus accipitur, Superiori tradatur, ad Congregationis, ut ita dicam, substantiam, ut in priore solutione probatum fuit, ejusque conservationem spectare. Ex quo fit, ut, licet Statutum hoc multis ab hinc annis servatum non fuisset, non inde tamen legitime concludi possit, desertudinem hæc præscriptionis speciem esse, quæ singulos in conscientie securitate ponat. Præterea delictum hæc eadem, esse subsisteret ex longo tempore, præscriptioni propriæ dicte locum præbere non possent, quoniam omnes fere Conventus de statutorum neglectu semper questii sunt, & contra reclamantur.

Alterum est; singularum sollicitudinem, qua Conventus Statutorum executionem commendarunt, & vehementer loquendi rationem, quam, ut id obtinerent, adhibuerunt, satis offendere eorum, qui eadem non servant, aut violant nulla legitima causa ducti, peccatum leve non esse; immo vero id mortali peccato materiam præbere posse, quamvis ipsum per se grave non sit. Cum enim transgressio ex habitu est, tanquam Regule contemptus, & animi, cordisque depravationis effectus spectari potest, id, quod ad mortalem transgressionem constituendam sufficit ex doctrina D. Thomæ 2. 2. quæst. 186. artic. 9. ad 1. Transgressores regule, qui non obligant ad peccatum, possunt venialiter, vel mortaliter peccare, ex negligentia, vel ex libidine, seu contemptu. Eadem ratione concludi possent, Superiores, qui ex mollietate, vel ex carnis prudentia frequentes transgressiones, ex quibus Congregationis excidium exillere possit, corrigere neglexerint, graves peccati reos esse: Peccatum veniale, si inducat dissolutionem disciplinæ, facit mortaliter peccari, præsertim a Superiore, si non tempestive corrigat abusus de se quidem veniales, sed tendentes in subversionem Communitatis; verba sunt Sylvii in 2. 2. q. 33. D. Thom. art. 2. quæstio 2.

Appa

Apparet ex hisce principiis Superiores non raro se Dei graviter offendendi periculo exponere, cum Statutorum ad Congregationis Spirituales rationem spectantium executionem obtinere negligunt, ob eam causam, quod ea gravis esse non putent; quia nempe pravos futuros effectus non prævident, vel transgressiones impedienda rationem non adhibent; causam exempli, dum agitur, prout in Congregatione mandatur, ut eidem R. P. Generali, vel ejus Consilio ratio reddatur præxi singulorum familiæ; quoniam ejusmodi rerum, quamvis specie tenus exiguarum contemptum Congregationis bono graviter progressu temporis nocere potest. Satis ostendere debet experientia, quantum in præsentia Congregatio, a prima institutione deflexerit, aut depravata fortasse sit; quod ejus futura destructionis ineluctabile argumentum foret, si, cum disciplina non mediocri mutatio contingerit, haud serio daretur opera, ut Statuta, quæ ejus rationem confirmant, ipsiusque fundamentum sunt, in usum revocarentur.

Quoad quæstionem quintam, quæ ad Parochias peculiaribus Congregationis familiis unitas spectat: horum Beneficiorum Titulares, deductis officiis, congruèque elemosynis erogatis, fideliter, quod superest, Superiori tradere debent; de causis, quæ in solutione allatæ sunt; non tamen omnes fortuitos proventus tenentur eidem relinquere, ab eo, quod ipsi placuerit concedere ad elemosynas, accepturi. Hæc enim ratione taxari, & circumferri videntur elemosynæ, quæ Parochias erogare debent; id, quod sæpenumero gravibus incommodis subesse potest, ut in casibus, qui ex improviso, & inopinato contingunt, in quibus nempe ad Parochi charitatem spectat prompte, ac large pauperibus optulari. Quin igitur investigetur, quid Superiores, jure suo, quam late patet, utentes facere possint, fatius, & æquius fuerit Parochos elemosynis erogandis, distribuendisque vacare, qui pendente a Superioribus, qui non una, eademque ratione animo affecti, possent plus, minusve concedere.

G. Fromageau.

ORDINATIO.

Ordinatio est tum minoris, tum sacros Ordines conferendi actio, quæ ad Episcopos tantum pertinet; quamvis non defuerint Abbates, qui Tonfuram, & minores Ordines tribuendi jus sibi esse contenderent. (a) Nemo igitur præter proprium Episcopum, ut Tridentina Synodus definit, Ordinationis legitimum Minister est, nisi ejus dimissoria Litteræ impetratæ fuerint, quarum vi Ordines ex alio Episcopo suscipi possunt. Quis autem proprii Episcopi nomine veniat, Bonifacius VIII. declarat, dum Clericum abique ipsius Superioris licentia Ordinibus initiandum non esse pronuntiat. Superioris porro nominis significatur Episcopus vel originis, vel domicilii, vel is denique, in cuius Diocesi Beneficium possidetur. Non est omnittendum, Tonfuram, quamvis proprie dictus Ordo non sit, nonnisi tamen a proprio Episcopo, vel ab alio, eo quidem expressis verbis annuente, conferri posse, ut est in Capite laudato: cum nullus.

Postest existere facti species, in quibus qui originis est Episcopus, proprius non censetur; ut si conjux Oratoris, aut Ministri Principis in altera Regione parat. Cum enim infans non ad hanc extraneam nationem, sed potius ad paternam spectare iudicetur, proinde Episcopus ejus loci, in quo ille in lucem est editus, non ipsius proprius Episcopus est; ac si is labentibus annis Clericali militia nomen dare vellet, ad ejus Urbis Episcopum, in qua Pater domicilium suum tenet, Ordinationis gratia se conferret. Idem omnino statuendum de eo est, qui ibi natus esset, ubi transeuntis in modum existeret mater, quin profus de domicilio ibidem statuendo cogitaret, ut itineris tempore; id, quod legi concinit præcipiunt, ut filii patris sui domicilium sequantur, cuius proinde Civis habentur, non autem domicilium originis matris, licet ibidem nati sint.

Episcopus domicilii est ejus Diocesis Episcopus, in qua suam quis perpetuam moram, atque habitationem statuit, quamvis ibidem natus non fuerit. Quia porro multa conspirare debent, ut domicilii Episcopum cum damno Episcopi originis ordines conferre possit, fere ad Ordinum collationem quod attinet, nulla amplius ejus ratio habetur, præsertim in Gallia. Necessè est enim, ut, qui probare vult se cepisse consilium in eo loco, ubi natus non est, perpetuo habitandi, nec se ad eum locum, in quo ortum traxit, habitationis gratia redeundi voluntatem servare; maximam suorum bonorum partem eo transferat, sibi que perpetuum aliquod officium ibidem comparet; ibique saltem ad decennium, quin incolatum intermitteret, nunquam se deserere velle significaret, versatus fuerit; aliter quippe annorum decem, atque adeo viginti, & amplius commoratio satis non esset ad Ordines ex domicilii Episcopo suscipiendos. Quamobrem domicilii Episcopus proprie in praxi quoad eum tantummodo locum habet, qui per annos tres, eodemque continuos, moratus fuerit in Episcopi ædibus, ac familia, qui proinde vel abique Episcopi (b) originis dimissoria Litteris potest eum ad Ordines promovere, dummodo eodem tempore abique (a) fraudè eidem conferat Beneficium, ut loquitur Synodus Tridentina.

Ad Beneficii Episcopum quod spectat, quoniam omnia olim Beneficia residendam exigebant, & in peculiari Ecclesia alicui officio addicta erant, quamvis exiguus reditus esset, ut ex Canonibus multis apparet, & ex Antiocheno præsertim Concilio, quod ait, si quis Presbyter, Diaconus, aliusve Clericus, quicumque demum fuerit, propriam Ecclesiam deserat, ut in aliam residendi causa se conferat, & peccentem conetur in posteriore domicilium ponere, eum non amplius ad ministerii sui functiones obeundas admittendum fore, præsertim si eum proprius Episcopus, ut rediret, cohortatus fuerit. Hæc de causa Bonifacius Pontifex juxta veterem Ecclesiæ morem statuerat, ut Beneficii Episcopus Beneficiarii Episcopus esset; quia, cum Beneficiarius ex Beneficio in Diocesi residere teneretur, facilius proinde ille de ejus vita, moribus, & qualitatibus ad sanctorum Ordinum susceptionem requisitis cognoscere poterat.

Verum ex quo posterioribus hæc sæculis bene multa videntur existere Beneficia, in quibus minime residetur, quæque Beneficia simplicia nuncupantur: certum propterea fit, quotiescumque ratio, propter quam beneficii Episcopum tanquam proprium Pontifex assignaverat, locum non habet, nonnisi ad naturalem Episcopum, qui originis est, Ordinationis obtinendæ gratia, confugiendum esse. In hæc rem Gallicani Cleri Conventus ann. 1665. prudenter animadverit incommoda consequi, si Beneficii Episcopus tanquam proprius spectetur, quia Clerici non, ut olim, peculiari Ecclesia servitio addicti sunt, sed inde ne commonefacto quidem Episcopo recedere, atque adeo Beneficia plura simplicia possunt in Diocesium pluribus possidere; quod proinde magnam perturbationem asserret, & aperta Clericorum inobedientiæ locum præberet. Videri potest super hæc controversia Decretum Pontificis Innocentii XII. mensis Novembris ann. 1694. ad tollendos abusus quoad eorum Ordinationem, qui proprii subditi non sunt.

Declarat ibi Pontifex conceptis verbis nulli Episcopo, esto Cardinalis fuerit, licere Clericali Tonfura extra-

(a) Concil. Trident. Sess. 21. de Reform. cap. 8. Cap. Cum nullus de temp. ordin. in sexto.
(b) Concil. Trident. Sess. 23. de Reform. cap. 9.
Lamet Tom. II.

extraneum, qui ejus subditus origine non fuerit, insignire, quod ei vix tonsurato Beneficium se collatu- rum fore prætendat. Mandat præterea, ne quis Clericus a proprio Episcopo Tonsura, atque adeo quatuor minoribus Ordinibus initiatus, Superiores deinde Ordines ab alio Episcopo suscipere valeat, cujuscumque tituli causa, seu Beneficii, quod in ejus Diocesi possideat, nisi prius a proprio tam originis, quam domicilii Episcopo Litteras obtinuerit, quæ de ejus nativitate, ætate, moribus, vitæque integritate testentur; eademque Litteras Episcopo, a quo est ordinandus, uterit, in ejus Episcopalis Curia acta referendas. Regulas deinde quoad domicilii Episcopum, & quoad eos, qui apud Episcopum triennii spatio perfliterint, servandas exponit. Quia porro Decretum hoc multis eodem spectantibus casibus solvendis inservit, en ejus exemplum.

Vide { EPISCOPI. ORDO.

CASUS I.

Quinam sit quoad Ordinationem Episcopum.

Constitutio Sanctissimi D. N. D. Innocentii divina providentia Papa XII.

Qua plura declarantur, ac præscribuntur pro tollendis abusu, & fraudibus circa Ordinationes alienarum subditorum.

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Speculatores domus Israel, quæ est sancta Dei Ecclesia, per ineffabilem divine bonitatis abundantiam constituti, ea potissimum ab ipsis Pontificatus nostri primordiis pastoralis vigilantia nostre studia convertenda esse diximus, ut qui in sortem Domini vocantur, sacræque adducuntur ministerii, quippe quos irreprehensibiles esse convenit, ut præesse valeant corrigendis, ac in quos tanquam in speculum reliqui oculos conjiciant, ex illisque sumunt, quod imitentur, tales sint, qui digne possint, Dominica Sacramenta tractare, ac adhibere cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina.

Sane hoc initio condilio non alios, quantum fieri potest, quam qui in sanctitate, & justitia per ordinatissimos Ecclesiasticæ militiæ gradus stans intervallis ambulaverint, ac pie, & fideliter in ministeriis antea se gesserint, ad Sacerdotium assumi, sacræque Ordinationes, juxta præsum Ecclesiæ morem, præscriptis a jure temporibus orationi, & jejunio consecratis haberi cupientes, severiorem quamdam in concedendis indultis suscipiendis sacros Ordines extra tempora hujusmodi, & interstitiis ad id designatis minime servatis, nilro nobis propolitus adhibendam rationem, qua videlicet servata, ante meritum laboris, ante tempus examinis, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotialis honor non probatis minime præbeatur, nec unquam heri sacrilegi, hodie Sacerdotes, heri profani, hodie sacrorum Antistes, veteres vitio, virtute rudes, ac recentes, discipuli simul, ac Magistri pietatis creentur; sed si tantum, juxta constitutas a Majoribus leges, ab humili gradu fidelis populi ad sacram administrationem sublimitatem promovantur, qui post mutatum habitum secularium diuturna conversatione inter Clericos fuerint comprobati, ac multo tempore didicerint, que postmodum alios docere tenentur; cæterum per ea ipsa indulta, quæ super præmissis parcius quidem, ac ex certis tantum, & magis rationabilibus causis concedere decrevimus, contraria quavis illorum interpretatione penitus improbat, salutarem illam, quam sacri Gener. Concil. Trid. decreta de non ordinandis ad patrimonium titulum nisi illis, quos Episcopi pro necessitate, vel commoditate suarum Ecclesiarum assumendos judicaverint, præscribant disciplinam, nequaquam relaxatam intelligi; quinimo nec unquam ad indulta hujusmodi exequenda Episcopos ipsos arctare, sed illorum executionem arbitrio semper eorumdem Episcoporum, quorum conscientias hac in re strictissime oneratas volumus, prorsus relinquere declaravimus; sperantes in Domino, eos, qui juxta Apostoli monitum, nemini cito manus imponendas esse probe norunt, sibi, & universo regi attendentes, in quo eos possit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei, reverenda ipsi Spiritibus Angelicis ministeria ab hominibus sine consideratione apprehendi nunquam permissuros, nec temere percipi passuros, que vita probata dumtaxat accipere promeretur. Omnes insuper, & singulos cujuscumque tandem gradus, ordinis, & dignitatis fuerint, quibus ex hujus Sanctæ Sedis gratia sacros Ordines præstos extra eadem tempora conferendi, vel aliis, ut illos sic conferre valeant, intelligendi potestas fieri consuevit; cum divinos Ordines largiri districte semper esse iudicii oporteat, serio monitos volumus, ut præscriptis sibi deluper in suis quique facultatibus terminos religiose custodiant, nec eos cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu ullatenus transgrediantur.

Verum quo impensus Apostolica gubernationis curam, &

cogitationes in hæc intendimus, eo majori eum animi nostri dolore, ex quo quamplurimum venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum in diversis regionibus existentium delatis ad nos querelis accepimus, graviora quotidie malignari inimicum in sancto, sacræque scholæ illorum impudentia in die crescente, qui proprie salutis immemores, Clericales ordines sibi forsitan a propriis Prefectibus denegatos, seu quos aliquibus canonicis sibi obtulibus impedimentis, denegari merito verentur, ab alienis Episcopis, non que Jesu Christi, sed eas, que ad ipsos non pertinent, oves in animarum suarum perniciem querentibus, nec tet Canonicas damnationes contra usurpantes alienæ plebis hominem latus perhorrescentibus, abique suorum Prælatorum consensu, hoc est dimissis, commendatitius eorum litteris destituti, quinimmo eis inficis, & sepe etiam invitæ, sub minus legitime Ecclesiasticæ Originis, domicilii, seu etiam familiaritatis, ac continue ordinatum Episcoporum commendatitias questus titulis, in sacrum legum fraudem, & contemptum, illegitime suscipiunt, atque ita non intrantes per ostium, & nihilominus Tabernaculum Domini cum macula inhabitare non dubitantes, sacrificium in sacrilegium convertunt, iudicium abique misericordie sibi consuevit; Deoque minime placentes, & tamen placere velle presumptentes, non modo eum non placant, sed magis irritant, dum videntur in condilio suis dicere non requirit.

Hinc est, quod nos ex commissa nobis divinitus Apostolica servitutis munere, abusus, fraudes, ac scandala hujusmodi penitus, & omnino et medio tollere, ac irregularem contrarium audaciam, quantum nobis ex alto conceditur, compescere, & reprimere volentes, necnon scilicet recordationis Urbani VIII. contra male ordinatos, & male ordinatos, que incipit: Secretis, aliorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac etiam consiliariis hac in re aditis constitutionibus, ordinationibus inherentes, illaque, quoad ea, que præsentibus non adveniant, quatenus opus sit, innovantes; de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, eisdem Concilii Tridentini interpretum, qui quæcumque ante hac super præmissis ab ipsorum Cardinalium Congregatione in particularibus casibus edita decreta, declarationes, seu responsa ad eorumdem presentium limites reducenda esse censuerunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione postis, deque Apostolica potestate plenitudine, ad omnipotentis Dei gloriam, Ecclesiæ utilitatem, veteris disciplina instauracionem, totiusque Christiani populi edificationem, hac generali nostra, & perpetuo valitura constitutione decernimus, & declaramus, nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tamen Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum quempiam, ac sibi ratione originis, seu domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitime contracti non subditum ad Clericalem tonsuram promoveri, cujusvis beneficii Ecclesiastici vi, statim ac tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is a Patronis jam presentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiam beneficii prædictum de novo, ea expressè adjecta lege, fundatum fuisse consisterit, ut quis immediate post Clericalem characterem susceptum ad illud instituat. Præterea Clericum, qui legitime jam a proprio Episcopo ad eandem Clericalem tonsuram, seu etiam ad minores ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo, ratione, ac titulo cujuscumque beneficii in illius diocesi obtenti, ad superiores ordines promoveri, nisi ante eorumdem susceptionem testimoniales litteras proprii Episcopi tam originis, quam domicilii super suis natalibus ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, eaque Episcopo ordinanti in actis illius Curie conservandas exhibuerit.

Licet vero Clericus ratione cujusvis beneficii in aliena Diocesi obtenti subici dicitur jurisdictioni illius Episcopi, in eadem diocesi beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcussa servare volumus regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censatur, nisi beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitam sustentationem, sive juxta taxam synodalem, sive ea deficiente, juxta morem regionis pro promovendis ad sacros Ordines, detractis oneribus, per se fuerint, illudque

illudque ab ordinando pacifice possideret, sublatâ quæcumque facultate suscipiendi, quod desideret, fructusque ejusdem beneficii etiam pinguis, quod ipse ordinandus in eadem, seu sua quavis diocesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans tam de prædictis testimonialibus litteris, quam de reditu beneficii hujusmodi expressam in consuetâ collatorum ordinum attestacione mentionem facere debet.

Cæterum subditas ratione originis is tantum sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea diocesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, officii, legationis, mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi sortita natus, sed vera tantum, & naturalis patris origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiti, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras testimoniales, ut supra, obtinere, illaque Episcopo ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas præsentare tenentur.

At si pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tandem, ac eo animo permanerit, ut inibi vere domicilium de jure contraxerit, tunc non origo patris, sed domicilium per patrem legitime, ut præfertur, contractum pro ordinatione ejusdem filii attendi debet.

Subditus autem ratione domicilii ad effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxat censatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem partem, ac honorarium suorum partem cum instructis adibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerable tempus commorando, factis, superque suum perpetuo ibidem permanentem animum demonstraverit, & nihilominus ulterius atque casu se vere, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmat. Si quis tamen a proprio originis loco in ea ætate discesserit, qua potest alicui canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii sua originis testimoniales litteras, ut supra, afferre debet, ac de illis expressè similiter mentio in susceptorum ordinum litteris faciendâ erit.

Ad hæc nullus Episcopus alienæ diocesis fidem familiarem suam ad aliquos sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promoveri, seu ordinare præsumat abique ejus processu, originis scilicet, seu domicilii Prelati testimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad præscriptum Concil. Trident. præf. Sess. 23. cap. 9. de Reform. familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit: beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superius definitum, sufficere, quæcumque fraude contentum, statim, hoc est statim intra terminum unius mensis a die factæ ordinationis, re ipsa illi conferat: ac in ordinationis hujusmodi testimonio expressè itidem familiaritatis, ac litterarum prædictarum mentionem facere tenentur.

Porro ut quicumque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, five domicilii subditos Clericos quoscumque ab alienis Episcopis quavis auctoritate, etiam cum suis commendatitiis litteris promotus, ne dum ad formam Concilii Trident. supra dicti Sess. 14. cap. de Reform. quoad sententiam examinare valeat, verum etiam Ordinum eis collatorum testimoniales litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, ac quoad illos presentis constitutionis formam, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis bene viso ad docendum de ejusmodi adimplimento, ita ut quos eo termino elapso id minime præstitisse compererit, a susceptorum Ordinum exercitio, si ita, & quando in eis expedire videbitur, suspendente, illisque, si ita, & quando in aliquo Ordine ministrant, interdiciere possit.

Ita vero præmissis omnia, & singula perpetuo, ac inviolabiliter observari, atque adimpleri volumus, & si quid in istis præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem a collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a susceptorum Ordinum executione, quædam proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus penis pro modo culpe, nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque sub-jaceat.

Decretum præter, eisdem præsentibus litteris semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, siuque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtineri, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime, & inviolabiliter observari, sicque, & non aliter per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. S. Cardinales etiam de latere Legatos, ac Sedis prælatæ Nuntios, aliosque quoscumque, quæcumque præemptoria, & potestate fungentes, & functores, sublatâ eis, &

Lamæ Tom. II.

eorum quilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu alia quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specificis, expressis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales imponentes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singularum tenores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & inferrentur, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, eisdem presentibus pro expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præsentibus litteris in Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ de urbe, ut moris est, publicentur, & affigantur, sicque publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos ille concernunt, perinde arctent, & assentiant, ac si antiquæ eorum nominatum, & personaliter intimatæ fuissent; quodque eorumdem presentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ eisdem eadem processus fides, tam in iudicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, que ipsis presentibus adhibeatur, si forent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostrorum decretorum, declarationis, voluntatis, statuti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotens Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem, anno Incarnationis dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, pridie nonas Novembris, Pontificatus nostri anno quarto.

B. Card. Prædator. Pifa de Curia.

J. F. Card. Albanus. S. Sacerdotes. D. Clampusius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto, indictione secunda, die sexta mensis Novembris, Pontificatus auctem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Innocentii divina providentia Papa XII. anno quarto; Supradictis litteris Apostolicæ auctoritatis, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ in acie Campi Floræ, ac in aliis locis scriptis, & consensu S. R. S. Pape Curialem.

Franciscus Ant. Simoncellus, Mag. Carolus.

CASUS II.

Ordinatio cum imposta obligatione commorandi in Diocesi, & in Ecclesiastico aliquo officio deservendi.

1. Potest Episcopus inter ordinandos, imposta suspensionis pena, mandare Clerico, ut in eja Diocesi Ecclesiæ deserviat.
2. Satis tamen fuerit, antequam ejusmodi suspensionem servaret, Episcopo, contra Synodum, manere Clerico, quos intulit, priusquam ad Diocesi Parochias valeant contendere, aliam Ecclesiasticæ muneris vacare debere.

QUÆSTUM.

Comperio, Domine, dum Ordinationem perago, nonnullos, quos meæ Diocesi vellem addicere, ut Vicariatus, aliique munusibus jam detuncti suscipiende animarum curæ se idoneos redderet, sibi que saltem ad vitam sustentandam necessaria compararent. Mihi quidem in animo erat eorum Ordinationis Litteras ejusmodi obligationem appopere; verum die tu, queso, possim ne, te iudice, eos, qui

I 3

contra fecerint, suspensionis poena multare: equidem in hac facti specie eam puto utiliore; sed nescio, an aequitati consona futura sit; tu, velim, ad me mittas sententiam super hac re tuam, me ames, reputesque ex observantia singulari, qua me tibi maxime addidit profiteor, Episcopus S.

R E S P O N S I O.

Tamet si non is ego sim, Domine, qui multiplicandas, congerendasque Confuras putem, ne scilicet in ea rerum discrimina conciantur, e quibus sepe non emergunt, vel ex ignorantia, vel ex contemptu; quoniam tamen casus ab Amplitudine Vestra propositus non levis momenti est, & hac quidem ratione non solum boni viri in Diocesi detineri, verum etiam Clerici vacantibus Parochiis administrandis idonei effici possunt; proinde cenleo Magnotudinem Vestram in Sacerdotalis Ordinationis Litteris mandare posse, ut Sacerdos quisque, antequam ad Parochiam aspiret, aliquem Vicarium, vel alium Ecclesiasticum munus obire sub suspensionis poena teneatur. Ita Presbyteros ad tibi parendum adiges; aliter eisdem suspensiones declaras, eum, te non annuente, sub poena suspensionis recedere non posse, ut alio, commorandi causa, se conferat.

Id mihi quidem videtur congruere veteri Ecclesie menti, qua, dum quis Ordinibus infingeretur, alicui muneri addebat; quod sine argumento erat, eum ibidem consistere debere, nec alio, citra expressam Episcopi permissionem, abire posse.

Liceat mihi hoc loco addere, Presul amplissime, fatus fortasse fore, ut Episcopus, antequam ejusmodi suspensionem statuat, in Synodo, vel per aliquod Mandatum moneat Clerum Diocesis suae, id sibi consilii esse, ut, qui Sacerdotium suscipere voluerint, teneantur post Ordinationem, & antequam Parochiam renuntientur, in Vicariatus, aliiive Ecclesiasticis officiis ad certum tempus sese exercere. Quod si deinde compertum fuerit declarationem hanc effectum carere; tum vero abs re non fuerit, post ejusmodi monitionem, ab Episcopo eam, de qua supra dictum est, suspensionem infligi. Non adeo ingenue tibi, Presul, aperirem sententiam meam, nisi tu ita mihi in mandatis dedisses; tibi pareo, neque non sine humillima observantia profiteor &c.

Decisum hac die 23. Septembris ann. 1699. G. Fromageau.

C A S U S III.

Subdiaconi officium ab Acolyto peractum.

Acolytus Subdiaconi officio fungens absque manipulo, & quin sacra vasa coningat, irregularitatem non subit, quia non id agit solemniter.

Q U A E S I T U M.

Cum Ecclesia nostra Praebendatus Subdiaconi officium obierit absque manipulo, & quin sacra vasa tangeret: contemdit Magnus Vicarius eum irregularem esse, ejusque beneficium esse impetrabile, id quod magnum hic humorem parit. Ego ei allatis complurium Auctorum testimoniis ostendi Praebendam hanc, qui Acolytus est, cum ad Altare absque manipulo ministraverit, irregularitatem in jure inlicitam in eos, qui Ordinis, quo non sunt insigniti, functiones obierint, non subisse. Sed ille ejusmodi testimoniis non acquiescit, & hunc juvenem Praebendam adeo sollicitum habuit, ut suo jam beneficio se lapsam putet. Tu mihi pergratum feceris, si ad me super hac re consultationem nonnullorum ex vestris Doctoribus auctoritate firmatam mittas.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum, ut questioni propositae satisfaciatur, existimat, Praebendam, qui, prout expositum est, Subdiaconi officium obijt, irregularem non esse, quia non egit ex officio, & solemniter, quod requiritur, ut contrahatur irregularitas inlicita in Jure, titulo de Clericis, non ordinariis. Ut enim ex officio, & solemniter Ordinis functiones obiantur, fiant oportet cum ejus Ordinis propriis insignibus, eademque ita Ordini annexa sint, ut nunquam in Ecclesia ab iis, qui hoc Ordine instructi non fuerint, peragantur. Jam vero Praebendatus hic Subdiaconi munia non obijt cum Subdiaconi insignibus; eademque praeterea passim ab iis peragantur, qui nondum sacros Ordines susceperunt; ut videre est in Ecclesiae Campesribus, aliiisque, ubi non semper or-

(a) Bonacina Tom. 1. disp. 7. quæst. 3. punct. 6. num. 3. Barbosa in cap. 1. de Clericis non ordin. ministr.

dinatorum Ministrorum fatis adest, qui Solemnibus Missis deserviant.

Consuli possunt super hac difficultate Bonacina, & Barbosa, (*) qui complures in hac sententiam Auctores afferunt.

Decisum in Sorbona hac die 1. Januarii ann. 1693. G. Fromageau.

C A S U S IV.

Dimissoria littera ad Ordines in aliena Diocesi suscipiendos.

Episcopus extra suam Diocesim exiens Dimissoria littera ad sacrorum Ordinum susceptionem Diocesanis suis, quas servitio Ecclesie praestando idoneis crederet, concedere, usque permittere potest, ut ab ejus loci, in quo versantur, Episcopo Ordines suscipiant.

Q U A E S I T U M.

Episcopus extra Diocesis suae terminos in quadam Episcopali Urbe non paucos e suis Diocesanis in quadam Episcopali Urbe obvius habuit, a quibus rogatus, ut Dimissoria littera, quarum gratia a loci Episcopo Ordines suscipere potest, concederet, haud se facilem praebuit, quod extra Diocesim esset. Quamobrem quaeritur, an non liceat Episcopo in aliena Diocesi versanti ejusmodi gratiam propria Diocesis concedere?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Episcopum, quamvis in propria Diocesi non sit, Diocesanis suis Dimissoria littera concedere posse, si Ecclesiae expedire judicet, eos ad Ordines promoveri. Id autem ex eo evincitur, quod cum potestas hac voluntaria jurisdictione nitatur, sine clamo- re Dimissoria littera conceditur, nihilque impedit, quominus, ubicumque Episcopo visum fuerit, ea concedatur. Hac Glossa sententia est in C. Novis, de officio Legati, verb. Terminos, cui fere subscribunt Auctores, ut apud Layman (b) videre est.

Decisum Parisiis hac die . . . an. 1674. Aug. de Lamez.

C A S U S V.

Ordinatio, cui aliquid desit.

Q U A E S I T U M.

Clericus Ordinationis tempore languore correptus, posteriorum manuum impositionem suscipere non potuit: debene in Ordinatione subsequente eandem supplere, priore non iterata?

R E S P O N S I O.

Quæris ex me, occasione Clerici, cui, cum in Presbytero ordinaretur, secunda manuum impositione conferri non potuit, nec verba: quorum reniserit, &c. pronuntiar, an ille re ipsa Presbyter sit, dicique possit, quo tempore naturali Christi Domini Corpus consecrandi potestatem accepit, eo ipso tempore potestatem eam accepisse, quam in ipsius Christi corpus mysticum Ecclesia in Presbyteris agnoscit?

Fidenter respondeo, posteriorem manuum impositionem, quam Clericus, de quo agitur, viribus Ordinationis tempore deficientibus, suscipere non potuit, suppleendam esse. Sunt sane Theologi bene multi, qui posteriorem hanc impositionem, non nisi accidentariam quandam ceremoniam esse contendunt; videndi super hac re Pater Morinus de Sacrament. Ordin. in 3. part. exercit. 7. cap. 2. Diana 8. part. tract. 1. Resolut. 42. Lambertus disp. 3. art. de Sacram. Ord. Layman l. 5. cap. 5. de Sacram. Ordin. Bassieu tom. 2. v. Ordin. num. 2. Censent contra Theologi alii hanc posteriorem impositionem esse peculiarem, & quidem Sacerdotalis Ordinationis essentialem materiam; ut proinde in hac sententiarum varietate cautius, tutiusque fuerit, ne forte Ordinatio incompleta sit, id servari, quod in Decretalibus Innocent. III. & Gregorii IX. de non iterandis Sacramentis prescribitur in hac verba: Causa suspendendum, quod omisum fuit. Hac sententia est Gamachii c. 4. de Sacram. Ordinis, & Lambertii loco laudato; qui quidem impositionem hanc essentialem esse pro certo habentes, Ordinationem iterari volunt; quia nempe cum potestas in naturale corpus, & in corpus mysticum Christi Domini duplex, eademque prorsus distincta potestas sit, quam suis Apostolis idem Dominus distinctis temporibus contulit, unam quidem, ante quam

(b) Layman lib. 1. tract. 4. cap. 5. num. 4.

quam mortem subiret, aliam vero, cum a mortuis resurrexit, hac proinde posterior potestas supplenda est: Ordinarius in Presbytero sola prior ordinatione sine posteriori, Lambertii verba sunt, artic. 3. non debet iterum ordinari priori ipsa materia, & ceremonia, quia illa fuit valida, cum ex Christi Domini institutione sit independentis ab altera, sed in tali casu, alio tempore ad Ordines conferendus status per Ecclesiam, secundum ordinationem, qua fit per manus Episcopi, esse faciendam, ut sic Presbyteralis Ordo adquiret et conferatur, neque tantum esse suppleendum, quod in tali ordinatione fuerat inchoate praetermissum.

Pyrrhingus tom. 1. in 16. num. 5. de non iter. Sacram. hanc ipse quoque sententiam amplectitur.

Decisum hac die 29. Decembris ann. 1703. G. Fromageau.

C A S U S VI.

Ordinatio vi Dimissoria litterarum post ejus Episcopi mortem, qui eandem concesserat.

Dimissoria littera post concessam Episcopi mortem vim suam retinet, cum ejus permissio revocata non fuerit.

Q U A E S I T U M.

Clericus Dimissoria littera ad Subdiaconatum suscipiendum instructus mortem audit Episcopi sui. Date porro erant littera ad Episcopum, qui nominatim designabat.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut aperiant sententiam suam, videlicet, an Clericus hic anno jam de licentia peracto, Presul, ad quem Dimissoria missa sunt, se sistere possit, & an idem Presul possit tuta conscientia post dimittentis Episcopi mortem ei Subdiaconatum administrare?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, ita quidem in Jure statutum esse: Mandatum finitur morte mandantis: Verum hoc loco non agitur de Mandato, quod inferiori tribuit Superior; sed potius de gratia per Episcopum consummata, semperque vel post ejus mortem vigente, siquidem revocata non fuerit. Ex quo enim Dimissoriae littere concessae sunt, gratia in ejus, cui est concessa, favorem est, adeoque est consummata. Ita quidem Auctores nostri Galli sentiunt, ut Rebuffus in praes. lit. form. lit. Dimissor. num. 43. ubi ita loquitur in hac re: Utale tenendum est, quod gratia ipsa per mortem Episcopi non expirat, quando ab eo est jure concessa; Causus quoque l. 1. cap. 14. num. 7. & 8. in praes. qui plures in eandem sententiam Auctores laudat, additque in peculiaribus Ecclesiae hanc vulgo consuetudinem obtinere: est autem communis, inquit, paulo ante allegatorum Doctorum sententia, & aliorum, quam etiam firmat passim Ecclesiarum consuetudo circa Dimissoria. (a) Super hoc etiam negotio consuli possunt Sanchez l. 8. disp. 28. num. 84. de Matrim. Pyrrhingus tom. 1. pag. 476. num. 594. Diana 8. part. resol. 99. qui bene multos auctores, idem sentientes, Navarobonus pag. 42. (b)

Hinc illud inferri potest, Clericum, de quo questio instituta est, ad Episcopum in Dimissoria litteris nominatum accedere posse, ut Subdiaconatum suscipiat; ex quo fit, ut idem Episcopus omnino legitime Ordinem conferre possit.

Decisum hac die 29. Decembris ann. 1693. G. Fromageau.

C A S U S VII.

Ordinatio per Coadjutorem, cum ab Episcopo negata fuisset.

Regularis, quem proprius Episcopus ab Ordine repulsi, suspensionem subivit, Ordinibus ab ejusdem Episcopi Coadjutore suscipit.

Q U A E S I T U M.

Petrus cujusdam Monasterii Regularis a suis Superioribus ad Ordines missus respulsi ab Episcopo, quod ejus receptionem fimonis labe pollutam fuisse suspicetur. Regularis hominis Superioris, & consanguinei Episcopum adest, ei-

(a) Vide cap. 6. cui de praeb. in 6. (b) Barbosa in hoc C. Basil. Pontium cap. 19. §. de matrim. Layman de leg. quæst. de privileg. num. 18. Lamez Tom. II.

que tam aptas rationes afferunt, ut ille sententiam mutet, seque Ordines Petro collaturum promittat. Ergo Quadragesimalibus Quatuor Temporibus adventibus accedit Petrus, sed Episcopus oblitus oblitus fidei suam priorem sententiam renovat, rogantique Petro, suamque causam vehementer agenti, auscultare non vult, & acriter exandescit. Idem tamen Petrus non abstinere ab examine, cui Episcopi Coadjutore, poltride collaturus Ordines praesidebat, interrogatur, admittitur, & poltride Subdiaconum, deinde Diaconum, postremo Presbyterum suscipit, quin ullam unquam de propeit Episcopi reprobatone mentionem fecerit. Quaeritur, an Petrus ita subreptio modo initiatus, sit suscipiens, & irregularis, quippe qui Subdiaconi munus, ante susceptum Diaconatum, obierit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum putat Petrum, qui, proprio Episcopo rofragante, Subdiaconatum suscepit, in suspensionem lapsam esse. (a) Ita sentit Cardinalis Toletus, dum loquitur in hunc modum: Suspenduntur, qui absque licentia, vel legitima aetate, vel extra tempora ordinantur. Porro dubitari non potest, quin Petrus Ordines susceperit, invito Episcopo proprio, qui permissionem rotundis verbis ei denegaverat; nec potest excusationem ex eo sibi quaerere, quod manuum impositionem accepit a proprio Episcopo Coadjutore, qui se Subdiaconum, Diaconum, Presbyterumque creaverit; quoniam Coadjutore hic non magis, quam quivis alius Extraneus Episcopus proprius Petri est; & quicquid ille in proprio Episcopi Diocesi facit, non sua ipsius auctoritate facit, sed Episcopi Diocesanis, cujus ipse locum tenet, prorsus ut quivis alius Episcopus, qui, si a proprio diocesano Episcopo facultatem obtinisset, Petrum in eadem Diocesi initiasset.

Est igitur omnino certum, Petrum in suspensionem revera incidisse, ut decisum est in Capite, Eccl. (d) & apertius in Tridentina Synodo statuente, ut a proprio Episcopo quilibet ordinetur. Quod si quis, Synodi verba sunt, ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, cuiusvis etiam generalis, aut specialis rescripti, vel privilegii praetereat, etiam statuti temporibus permittatur, nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur; si secus fiat, Ordinatus a collatione Ordinum per annum, & Ordinatus a susceptorum Ordinum executione, quamvis proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus.

Decisum Parisiis die . . . Martii ann. 1694. G. Fromageau.

C A S U S VIII.

Ordinatio furtive recepta.

- 1 Qui se furum immiscet iis, qui aditus iniciandi, consarantur, ab extraneo Episcopo recipit absque proprio Episcopi Commendatitio, graviter peccat, Confuras tamen non subit. 2 Debet nihilominus a proprio Episcopo redintegratum obtinere, vel ad Pontificem confugere, ut beneficia possidendi sit capax.

Q U A E S I T U M.

Cum Adolescens annorum septemdecim Clericali militia nomen dare cupiens, obtinenda Tonfuræ causa, proprio Episcopo se stitisset, & ab eo, peracto examine, rejectus esset; sibi irrogatam injuriam contendens, per Notarium in jus vocandum curavit Episcopum, ut reprobatibus rationes aperiret; cumque Episcopus non respondisset, ille cum protestatione sibi consulendi, reprobatibus actum suscepit. Ad Metropolim deinde se contulit studiorum gratia, ibique reprobatibus actu nequaquam usus, Ordinationis de se Tonfurandis immiscuit, initiatusque est ab Archiepiscopo, qui ipsum ex eorum numero esse credidit, qui sibi propositi fuerant, quoque ad Tonfuram admiserat. In praesentia Adolescens anxius, & penitentia ductus Sorbonæ Lectores rogat, ut sibi discretis verbis edicant:

- I. In quo tandem ipse desecret, Tonfuram ita suscipiens? II. Quas poenas subierit, atque ulline Censuris sit irretitus? III. Quid, ut suam culpam diluat, facere debeat?

R E S P O N S I O.

Consilium subscriptum censet: I. Adolescentem, qui, cum Clericalem statum amplecti vellet, ab Episcopo rejectus est, admodum temere fecisse, dum proprium Auditum, ut sibi Tonfuram tribueret, in jus vocandum curavit, & per Notarium

(c) Tolet. Instr. Sacerdot. l. 1. cap. 15. num. 4. (d) C. eos, de tempore ordinand. in 6. & 9. quæst. 1. Concil. Trid. Sess. 23. cap. 8. de Reform.

riam abnegationis actum fumpit, quia Clericalis status non est suscipiendus, nisi proprio dicto vocato, & requisita qualitates adferant. Jam vero ille ex Episcopi sui dissentio fitis intelligere debet, sibi vel vocationem, vel qualitates ad Clericalis vite rationem incundam necessarias deesse. Ratio est, quia jus est Episcopi, quos iudicaverit, ad Ordines admittendi, vel ab Ordinibus repellendi, prout definit Tridentina Synodus: *Ordinandi non sunt nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumenda pro necessitate, vel communitate Ecclesiarum suarum, Sess. 21. cap. 2.* Itaque potest ille rejicere, quos voluerit, ut eadem Synodus monet *Sess. 14. cap. 1. ex quacumque causa, negotiis suis rationem nemini penitus reddidurus, etiam ut Synodus loquitur, extrajudicialiter.* Quod si hac facultate gaudet Episcopus quoad sacros Ordines, potiori jure gaudet quoad Tonfuram, quae non nisi status Ecclesiasticus janua est, ac proinde ab eo, prout Ecclesia sua expedire crediderit, aperiri, claudique potest.

Adolefcens hic cum in Metropolim versaretur, ad Tonfuram surgit irrepsit, & quod inde consequitur, ex eorum numero est, de quibus Joannis cap. 10. ait Christus Dominus: *Qui non intrat per ostium in civile civitatem, non ascendit altitudo, ille fur est, & latro.*

II. Canonica poena, quam ille contraxit, irregularitas est, nempe canonicum impedimentum, quo se profus inoprem reddidit ulli beneficio possidendo, suscipiendis Ordinibus, atque adeo Tonfuram functionibus obediens. Eo fundamento nititur decisio haec, quod docentibus Theologis, & Canonistis, qui furtim Ordines suscipiunt, infelix scilicet ordinante Episcopo, irregularis evadit. Suarez, Filiucius, & Bonacina, qui eos laudat in tractatu *de irregularitate ex susceptione Ordinum proveniente*, tenent sententiam hanc. Idem de eo sentiendum, qui furtim Tonfuram suscipit, quia hoc in casu eadem profus Tonfura, atque Ordinum ratio est. Caballus *cap. 14. de litteris Dimissorias*.

III. Adolefcens hic, ut ab ejusmodi irregularitate liberetur, ad Superiorem, qui ab ea liberandi potestatem polleat, confugere debet, si ejus culpa occulta est, Episcopus eum abolvendi jus habet, vi potestatis a Tridentina Synode *Sess. 24. cap. 6.* eidem concessa, quod si notoria est, adendum est Pontifici. Rebus Romanae Curiae relicto, opus est, idem statui Bonacina ob eam causam, quod Episcopus, antequam Ordinationem infuset, fere excommunicationem in eos pronuntiat, qui furtim accesserint, ex quo ita concludit: *ista irregularitas est regulariter deus reservata.* Quomobrem Consilium censet, oportere, ut ad Pontificem Adolefcens confugiat, ingenue factum exponat, & Rescriptum, quod obtinebit, ad litteram exequatur.

Decisum Lemovici die 27. Augusti
ann. 1692. A. G.

Post hanc decisionem Adolefcens Magno Vicario confessus est ejus Metropolitanis, ubi Tonfuram furtim obtinuerat, ut a suspensione, vel irregularitate, quam incurerat, absolveretur. Magno Vicario, a quo absolutus est, eum monuit, ut ad Episcopum suum rursus accederet, Tonfuram ab eo susciperetur. Rogatur Consilium, ut differat, proponatque solutionem super insequentibus difficultatibus: nempe:

I. An Magus Vicarius eum ab irregularitate liberare poterit?

II. An hic Adolefcens possit iterum Tonfuram sumere?

III. Si id fieri nequeat, quid ei factu sit opus, ut Tonfuram litteras ab Archiepiscopo obtineat, proprioque Episcopo, cuius auctoritatem contempnit, satisfaciat?

IV. Facta hypothese eum a Magno Vicario liberatum non fuisse, quid Adolefcens agere debeat, ut propriam conscientiam in tuto ponat?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Adolefcentem graviter deliquisse, quod suo cum Episcopo tam parum reverenter egerit, ut eum initio statim, quemadmodum fuit expostum, in jus vocaret. Est enim profus indobitum neminem in Clericalem ordinem irrepere debere, quem non propriis Episcopi Diocesis suae bono utilem, aut necessarium existimaverit. Ita statuit Tridentina Synodus loco supra laudato, & *Sess. 23. de Reform. c. 16.* Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis. Ad qua verba Barbofa pronuntiat: *Nullum posse contra prohibitionem sui Praelati ordinari, aut de illo congnari, seu ab eo appellare, eo quod illum ordinare velit, rescribit Augustinus Riccius in praxi verum fari Ecclesiasticis ref. l. 693.*

Et sane Episcopus eo adigi nequit, ut ei Tonfuram, vel Ordines conferat, quem in conscientiam indignum putat. In hac facti specie nemo conscientiam Episcopi iudex, aut Superior est; potest ille, si velit, dicere, cur abnuerit, potest

(a) Bonacina tom. 3. de susp. in 1. artic. quest. r. p. 11. n. 21.
(b) Tolet. l. 6. cap. 7. num. 1.

etiam non dicere. Id animadvertit Barbofa *num. 74. in Sess. 23. cap. 2. de Reform. Tridentinae Synodi.* Cum haec verba (nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendo) deventer boni viri arbitrium, hoc est voluntatem rationi submissam. Ideo si Episcopus non irrogat auctoritatem, Deum solummodo iudicem habebit, ne quidem non auctor appellatio, quia Superior non potest auctoritas, & conscientiam inferioris immutare.

Quamvis autem fere se ita res habere debeat, nihilominus ex Romanae Curiae disciplina, quia fieri potest, in sine fundamento ab Episcopo respuatur is, qui Ecclesiasticus status amplectendi maximo desiderio servat, si ille, ut ait Fagnanus in *cap. ad aures, de temp. ordin. ad Romanam Curiam* confugerit, delegabitur Metropolitanus, ut cognoscat, quibus de causis Episcopus sit retrahatus, ac si forte non satis graves cause ei praesto fuerint, eum Metropolitanus poterit ad Ordines promovere; Tam denique quia si abnuerit, subditi habent remedium recursus ad Sedem Apostolicam. Ideoque cum olim de hoc abutitur effectus quoad Episcopos, Sacra Congregatio re ad Gregorium XIII. delata, edidit decisionem, quae postea perpetuo obtinuit in Austria, videlicet, quovisquamque Ordinarium recusaverit quemquam ordinare, committendum esse Metropolitanis, vel viciniori Episcopo, ut ab eodem Ordinarium prius requirit, cur recusaverit: quo casum legitimum non allegante, licet illi eum etiam recusatum ordinare. Videri super hac re potest verballis sententia Cleri *ann. 1660. pag. 159.*

Id vero magis locum habere debet, si quis beneficium culpam conferre vellet, qui, ut illud obtineret, Tonfura opus haberet, aut si ageretur de Clerico, qui ratione tituli, aut dignitatis ad sacros Ordines ascendere teneretur. Hanc sententiam probare videtur Barbofa, dum in *cap. 1. Sess. 14. de Reform. num. 1.* pronuntiat, quamvis appellatio non sit locus, si Episcopus Ordines conferre velit, Superiorem tamen adiri posse, ut rationes, ob quas Ordines postulati fuerint, ei declarantur: *Quod si admittit appellatio, non tamen recursus.*

Et porro de causa potissimum peccavit hic Adolefcens, quod iurim, & sine Dimissorias litteris a Metropolitanis Tonfuram receperit; nullam ille tamen Cenfuram, nullamque irregularitatem subisse creditur. Nullus enim expressus occurrit in Jure textus, qui ullam ejusmodi poenam importet; ac si textus ita, quos afferunt, qui affirmantem partem tenent, intimas expendatur, intelligitur fermonem huius de his tantum esse, qui Ecclesiasticum statum amplecti iam fuerint, de Tonfura vero nequaquam.

Regula est vulgo recepta, cum de poenis agitur, stricta significatio, & ex rigore, summoque jure res accipit. Jam Tonfura, si stricte, ac proprie loquimur, Ordo non est. Eadem ratione, cum de odiosis rebus est sermo, nunquam disputatur a pari, quia quam maxime possunt, reslinguntur: *odiosae respiciuntur.* Itaque eum nullus in Jure textus adit, qui de Tonfura differre sit: Adolefcens, de quo queritur, nullam Canonicam poenam subit, ac si quam poenam subisset, suspensus ea poena, quam irregularitas esse potest. Porro in hac facti specie veri neminis fatisphio non potest: nullam enim Tonfura propriam functionem adjectam habet, cuius exercitium per eandem Cenfuram suspendi possit.

Cardinalis Toletus *l. 1. c. 49. num. 4.* loquens de Tridentina Synodo, quae *Sess. 23. cap. 8. de Reform.* suspendit eos, qui Ordines absque proprii Episcopi permissione susceperint, ait Cardinalium Congregationem declarasse, locum hunc de Tonfura nequaquam intelligi.

Quoniam porro Adolefcens hic nullam Cenfuram contraxit, nullamque irregularitatem, prout quidem supra dictum est; supervacaneum proinde fuisse super quaestione prima ulterius progredi.

Ad secundam quaestionem quod attinet: licet Tonfura, ut fert communis opinio, characterem omnino non imprimat, non tamen iterari debet. Sane cum adolefcens, infcio proprio Episcopo, eandem susceperit, ea nulla est, ad effectum quod pertinet, ac nulla non est, quod spectat ad substantiam, ut loquitur Bonacina: *(a) irrita est sicut expostione, licet non sit irrita quoad substantiam.* Idem statuit Toletus: *(b) collata tamen ab alicui, non est iteranda.* Navarrus *(c) pariter: Ordo Clericalis acceptus a non suo Episcopo non debet iterari, sed approbari, & verificari per Episcopum, vel suum proprium Episcopum juxta caput Lugdunensis 9. quest. 2.*

Et sane quoad hic Adolefcens a Superiore Ecclesiastico rediret, nec Clericali privilegio gaudere, nec Beneficium obtinere potest. In eo existit ad id inhabilitas, quae irregularitas quidem proprie non est, sed eandem tamen vim habet, ad effectum quod attinet, atque ille egre Beneficii incapax spectandus est, ac qui Tonfuram non susceperit omnino.

Quoad quaestionem tertiam, cum dictus Adolefcens Metropolitanis factis graves probationes attulerit, si ab eo Tonfura infignitur esse, hic Praelatus ei actum concedere poterit: tum vero cum Adolefcens nullam suspensionem subierit, nullam-

(c) Navarrus l. 1. Concil. de Temp. Ord. Concil. 11. num. 3.

nullamque contraxerit Canonicum impedimentum, quod sit reservatum, nihil ut videtur, impedit, quominus a proprio Episcopo, siquidem ita expedire iudicaverit, in integrum restitatur, cumque ille ab eo legitimam satisfactionem acceperit, et actum tribuere poterit, quod declarat, se assentiri, ac pro certo habere Tonfuram ei a Metropolitanis collatam perinde valere, ac si eam ipse contulisset.

Quamvis autem id Episcopus absolute facere possit, ne tamen Adolefcens aliquid inde negotii fubeat, si causa exempli de Beneficio contenderet, creditur, ut ille se tutius gerat, oportere, ut proprio Episcopo confentente, ad Romanam Curiam mittat, obtinendi causa litteras perinde valere. Rebutus, & Reverentur tenent sententiam hanc; Rebutus quidem sui praxi Beneficium, titulo de *litteris Dimissorias* n. 5. Unde si quis, inquit, a non suo Episcopo Tonfuram susceperit sine Dimissorias, cautela est, ut Imperator litteras perinde valere a papa, ut illa Tonfura perinde valeret, ac si data esset, & concessa a suo fuisse Episcopo, & hoc aequum aliorum sacros Ordines, & aequum eidem conferatur beneficium. Reverentur vero in tertio libro de abusu c. 4. n. 2. Caballus loco in expositione laudato affert Rebuti sententiam, eamque probare videtur.

Denum ut quartae, ac postremae quaestioni satisfiat; Adolefcens, de quo queritur, ut ad Penitentiam Tribunal accesserit, absolvi potest; dummodo errorum omnium ex animo eandem poenitent, atque ipse velit ei satisfactum, quae ex eo requirit merito potest, pergenda se subdere.

Decisum hac die Novembris an. 1692.
G. Fromageau.

CASUS IX.

Ordinatio in aliena Diocesi recepta.

1. Abbas proprii Episcopi jurisdictioni subiectus non potest Religiosus suos Episcopo Diocesis ab ea, in qua residet, distinctis Ordinibus initiare adire.
2. Poena, quae Abbas, & Religiosus initiatus in hac facti specie subitur.
3. Episcopi Abbatis sub Cenfuram poena prohibere potest, ne suam auctoritatem, suamque jus hoc pacto eludat.

QUAESTIUM.

IN Diocesi Titii Episcopi N. est Abbatia, a qua I pendet Praepositura, quae in aliena Diocesi sita est. Cum Abbas ei praesentat Religiosum a suorum numero, ut Ordinibus initiaretur, eum respicit Episcopus, & itaque Abbas Religiosum suum repulsum ad Praeposituram mittit extra Titul Diocesis positam, eique ab Episcopo: I. quo ea pendet, Ordines imperavit. Quomobrem Doctores consulti rogantur, ut definiant:

- I. An ejusmodi Ordinatio legitima, & Canonica sit?
- II. An non censenda sit in fraudem recepta?
- III. Quae poenas subierit Religiosus, qui hac ratione se Ordinibus initiandum curavit? Ac, nullasne poenas incurrerit ejus Abbas, Ordinationem eam molitus, passivus?
- IV. Gaudet, necne Episcopus jure prohibendi vel sub Cenfuram poena, ne hic Abbas Religiosos suos in alia, quam propria Diocesi initiandos curet?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum censet, Abbatie Episcopo subiecte Religiosum ab alio, quam Diocesano Episcopo Ordines suscipere omnino non posse. Ne enim in praesentia ad examen revocetur privilegium illud, quod Regulares ante Tridentinam Synodum praetendebant, ut nempe Episcopus, a quo Ordinibus insigniuntur, eligere possent; ad praesentem facti speciem definiendum, satis fuerit animadvertere, Concilium *Sess. 23. cap. 8. de Reform.* generalem regulam ponere, quae tam Saculares, quam Regulares complectitur, in hac verba: *unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur.* Videri possunt in hunc Concilii locum Barbofa, Peyrinis de *privileg. Constit. 2. Sixti IV. num. 33.* Tamburinus *com. 2. de Jur. Abb. l. 1. c. 18. Peliziar. tom. 1. rr. 8. c. 2. sect. 3. q. 9. Sanchez opus. l. 7. Consil. dub. 20. num. 45.* Post Concilium, Cardinalium Congregatio ad ejus explicationem instituta Decretum edidit an. 1596. a Clemente VIII. confirmatum, in quo statuitur, ut Regularis non nisi ab Episcopo loci, ubi ejus Monasterium existit, Ordines suscipiat; Congregatio Concilii tenet Superiores Regulares posse suo subdito item regulari, qui praedictis qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere ad Episcopum tamen Diocesanae, nempe illius Monasterii, in cuius familia ab eis, ad quos pertinet, is regularis posturus fuerit. Addit Congregatio opus omnino fore, ut Superior bona fide quoad Diocesana Episcopus agat, nulloque pretextu eum evitare studeat: *Aut ipsi*

Regulares non distulerint de industria concessionem dimissorias in id tempus, quo Episcopus vel abstratus, vel nullus habiturus esset Ordinationes. Subdit Congregatio, Superiorem eo ipso in casu, quo bona fide agens Religiosum ad alium Episcopum mitteret, in Dimissorias suis declarare debere se ita facere, quod Episcopus ablit, vel Ordinationem non habeat: *Verum cum Superioribus Regularibus, litteris Diocesano abfente, vel Ordinationes non habente, litteras Dimissorias abstratus, vel Ordinationes non habente, litteras Dimissorias Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habentiarum exprimum esse.* Denique si Superior Regularis huic Decreto retraheret, mandat Congregatio, ut propria dignitate, atque activa, & passiva voce privetur, aliaque praeterea poenas fubeat, prout Summo Pontifici visum fuerit: *quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activae, & privationis passivae, ac illis arbitrio ejusdem Sancti, D. N. Papae reservatas poenas incurrent.* Decretum hoc affert, & explicat Tamburinus loco appellato.

Hoc postea, responderet ad propositam quaestionem primam: Hanc scilicet Ordinationem Canonicam non apparere, quippe quae ab alio, quam ab ejus Abbate, in qua Regularis degit, Episcopo edita fuerit; eam porro regulis adversari, constat ex eo, quod Abbatia Titii subiecta est; praeterea, ut statuit Sanchez loco laudato, eum Religiosus exemptus non est, si ab alieno Episcopo Ordines suscipere velit. Dimissorias litteras a Diocesano Episcopo, non autem a Superiore Regulari sumere debet, quia id pertinet ad Jurisdictionem quasi Episcopalem, quam Praelatus Regularis in hac facti specie non habet, cum Dimissorias concedere nequeat: *Religiosi non exempti debent Ordinibus initiari ab Episcopo, in cuius Diocesi commorantur, vel cum litteris dimissorias illius, a quocumque Episcopo nec possunt Praelati Regulares hic Religiosos dare reverentibus. Ratio, quia hic actus est jurisdictionis quasi Episcopalis, ac in hoc non habent Praelati Regulares hanc jurisdictionem, cum subfint Episcopo, in cuius Diocesi commorantur; ac etiam habetur expresse cap. 2. de temp. Ordin. in 6. Cum ergo Religiosus, de quo agitur, a proprio Episcopo dimissorias litteras non accepit, consequens fit, ejus Ordinationem Canonicam non esse.*

Ad alteram, Ordinatio haec censenda est in fraudem recepta, cum enim Religiosum hunc Titius ab Ordinibus repulisset, ille paulo post ad Praeposituram, quae pendet a Diocesi B. ab Abbate missus est, ut Ordines reciperet, quos subsecute Ordinationis tempore re ipsa recepit; ac si Religiosus idem haud ita multo post susceptos Ordines ad Monasterium suum rediit, est profecto, cur Abbas de mala fide accusetur.

At si Abbas ipse, non spectata Titii recusatone, Religiosum suum ad eam Praeposituram misit, ut ibidem constitueret, ac si Religiosus, facta hypothese cum proprio Episcopo revallo misisset; quod minus idoneus esset, eo temporis intervallo profect in Iudis, & capax evasit: Episcopus B. ei Ordines conferre potuit, nec in hac facti specie jure potest mala fidei suspicio in Abbatem cadere, vel ut minus Canonica Ordinatio improbari. Fendet id ab examine facti, & circumstantiarum, atque adeo juris, quo gaudet Abbas, Religiosus suos, quo sibi placuerit, mittendi, non expectata proprii Episcopi permissione, quamvis si cateroquin ipse subiectus sit.

Ad tertiam, facta hypothese tum Religiosum, tum Abbatem in hoc negotio mala fide laborare, ille quidem in suspentionem a Tridentino Concilio cap. 8. Sess. 23. inflictam incidit: hic vero poenas in Congregationis Decreto paulo ante in medium adducto declaratas subit.

Ad quartam: potest Episcopus imposta Cenfura poena, prohibere, ne Abbas sibi subditos, omnino ut ejus jurisdictionem evitet, Religiosos suos in extera Diocesi Ordinacionis gratia mittat; quia nempe, ut monet Tamburinus loco citato n. 6. Superior ita se gerens mortaliter peccat, proprioque Episcopo injuriam irrogat, quem contra jus, factus privat jure, quo pollet, Diocesanos suos ordinibus initiandi, quod satis est, ut Titius Cenfuram incurere possit.

Decisum hac die 12. Maji an. 1698.
G. Fromageau.

CASUS X.

An Ordinatio Regularem Professionem confirmet.

Religiosus, sacris susceptis Ordinibus, vota sua tacite non confirmat, quippe cum Ordinum suscepcio, & regularis professio aucta diversae res sunt.

QUAESTIUM.

Cum Adolefcens Mendicantem Ordinem professus esset, intra quinquennium reclamavit. Contendit ille non solum se Professionem tempore liberum non fuisse, sed eum quomodo ob alias essentialia causas nullam esse. Cum porro daret ope-

operam, ut vota sua nulla declararentur, mater, que in Regulari statu firmare volebat, ut reclamationis effectum everteret, eum cohortata est, ut Presbyteratum suscipere, simulans se ei, cum secularis sacros Ordines, tum ne Matri relatorum. Ergo ille suscipit, quod sibi proponebatur; semper tamen in semel imbibito consilio peritit obtineodi, ut professio, quam emisisset, nulla declararetur.

Hoc posito, illud in questionem vertitur, isne Religiosus, suscipiens sacros Ordines, professionem suam confirmasse censetur? Ea est dubitandi ratio, quod eos sub titulo pauperum Religiosus suscipit; ex quo eum se Religiosum fassum esse contenditur.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum existimat, eum, qui Professionem ex libertatis defectu, alitque de causis nullam se emisisse contendit, qui reclamavit intra quinquennium, qui pergit in id incipere, ut vota, que edidit, nulla declararentur, non censeri ea tacite confirmasse, dum sacros Ordines sub titulo pauperum Religiosus suscipit, in ea potissimum, de qua agitur, facti specie; Ordinum quippe susceptio, & Regularis Professio distincte res due sunt, ut ait Navarrus tom. 3. com. 4. de Regul. num. 72. ita ut una posita, non continuo, ac necessario altera consequatur. Præterea quamvis Religiosus, subdit idem Auctor, qui reclamandi jus habet, & ejus vota nulla sunt, proprium Ordinis habitum debeat, in Capitulo suffragii jure gaudeat, alitque Religiosi Professi officii fungatur: non proinde tamen a reclamatione cessavit, aut vota confirmasse censetur, quamquam hæc ad Regularem Professionem propius accedunt, quam Ordinum susceptio: suscipio Ordinum etiam sacrorum, durante mora, vel jure impedimento reclamandi non sufficit ad præsumendum eum tacite professum, cum quia id nullo jure specialiter cavetur, tum quia susceptio Ordinis sui est separata a Professione, & a separatione non inferitur, cum quia solus actus Professo proprius, qualis est præfatus suffragii in Capitulo, & gestatio habitus Professionem, non sufficit ad illud, ut mox dicitur.

O R D I N E S.

Ordinis Sacramentum signum externum est, quod Initiis Ecclesia tribuit, & quoque iis ad functiones aliquas obundas spiritualis potestas confertur, ita nempe definit Sententiarum Magister: (b) Ordo est signaculum quoddam Ecclesie, quo spiritualis potestas traditur ordinato; id, quod D. Thomæ conforme est.

Ordo est proprie dictum novæ Legis Sacramentum, quod gratiam confert, ut docet D. Paulus, dum ad Timotheum ita scribit: propter quam causam admoneo te, ut vesuscites gratiam Dei, que est in te per impositionem manuum mearum, S. Leo in Epistola ad Dioscorum de Ordine verba facti nobis præcipit, ut percipiamus, quo zelo, quaque devotione præstandum sit, ne tantæ devotionis Sacramentum cum negligentia peragatur; & Tridentina Synodus (c) id expressis verbis definit, probatque, dum ait, cum certum sit, ut re ipsa est, ex sacris Litteris, ex Apostolica Traditione, ex unanimi Patrum sententia per Ordinationem, que verbis, & signis externis fit, gratiam conferri, neminem dubitare debere, quin Ordo proprie, ac vere ex septem Ecclesie Sacramentis unum sit.

Ex eodem Concilio post Carthaginense IV. videtur Ecclesia omnes Ordines septenario numero comprehendere, ut sint Osiariatus, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, denique Presbyteratus. Eam porro divisionis hujus rationem affert D. Thomas, quod Ordinum distinctio petenda sit ex ratione, qua ad Eucharistiam singuli referuntur, propterea quia potestas Ordinis traditur vel ad Corporis, & Sanguinis Christi Domini Consecrationem, vel ad aliquod ministerium, quod eandem consecrationem respiciat. Presbyteratus, seu Sacerdotium primum illud officium spectat; quomobrem consecrandi potestatem Presbyteri, dum ordinantur, accipiunt; cæterorum Ministrorum cooperatio vel ad Sacramentum refertur, vel ad Sacramentum ipsum suscipientes. Diaconus, Subdiaconus, & Acolytus ad Sacramentum cooperantur; Diaconus illud distribuens, ut olim erat in more positum; Subdiaconus materiam præparans consecrandam in vasis sacris, & Acolytus eandem præparans in vasis non sacris. Ordines reliqui ad eos præparandos sunt instituti, qui Eucharistiam sunt suscepturi. Quamvis autem Episcopatus Ordo sit, & veri nominis Sacramentum, in quo Episcopi characterem suscipiunt, non inde tamen sequitur, Ordines plures esse quam septem; quia Episcopatus Presbyteratum in se continet, cum Episcopus Presbyter primus sit; atque adeo Sacerdotium proprie unum tantum Ordo est, qui in Episcopatum, & Presbyteratum dividitur. Docet id Anaclethus Pontifex in sua Epistola tertia, in qua Episcopatus, & Presbyteratus distinctionem declarat.

Tonsura non est Ordo, sed simplex tantummodo cæremonia, in Ecclesia ex Apostolica Traditione instituta, quam qui suscipit, a sæculo secernitur, Deum in hereditatis suæ partem eligit, atque ita ad Ordinum receptionem se comparat. Prioribus Ecclesie sæculis nulla profusus aderat quoad capillos, habitum, omnemque exteriorem speciem Clericos inter, Laicosque distinctio, id nempe nil aliud fuisset, quam citra necessitatem sese exponere persecutioni, que sane semper in Clericos, quam in simplices Fideles favor erat: Verum cum habitus distinctio esset, visum est expedire, ut Clericalis habitus ex Episcopi manu non sine precibus, & cæremoniis Ecclesiasticis sumeretur; statutumque fuit, ut hæc habitus susceptio ad omnes

(a) Vide Pelizarium tom. 2. c. 8. n. 166. (b) Magister Sent. in 4. dist. 30. D. Thom. supplim. 34. art. 2. in corp. 2. ad Tim. cap. 1. S. Leo Epist. 81. ad Dioscor. c. 1. (c) Concil. Trid. sess. 23. c. 3.

omnes Ordines præparatio, & ad Clerum aditus esset. II, quibus Tonsura tribuitur; confirmati esse debent, quia priusquam Clericus quisquam sit, eum perfectum Christianum esse necesse est. Simplex Clericus nullam quidem proprie functionem habet aliam, quam ut cum alba Ecclesie Officiis assistat, minorum tamen Ordinum munia obire possit.

Hi porro minores Ordines quatuor sunt. Sunt Osiarii, quorum est ara campana pulsare, Ecclesiam, & Sacramenta aperire & claudere; prædicanti librum recludere, intra proprios cancellos quemque silitere, Populum secundum a Clero, viros a foeminis, & cavere, ut silentium, ac modestia servetur. Sunt Lectores, quorum est Libros sacros, quos Populo legebat, custodire, & Lectiones canere. Sunt Exorcistæ, qui Catechumenos exorcizabant, & manus Eurgumentis imponebant; sed nunc temporis id muneris obeunt Presbyteri. Denique sunt Acolyti, qui agebant Episcopi nuntios, Eulogia deferabant, atque adeo Eucharistiam primis Ecclesie temporibus, ad Altare Diaconis inferebant, & ad Sacrificium vinum, & aquam præparabant.

Debet Subdiaconus continentiam servare, titulum habere, certam videlicet subsistentiam, atque integrum Ecclesie Officium saltem privatim recitare; quippe qui Ecclesie servitio additus cum sit, debet ei saltem precibus, quas Deo offert, siquidem peculiarem aliam functionem non habet, deservire. Hinc est Officii recitandi obligatio. Quod si conjugatus in Subdiaconum ordinetur, ejus conjugem assentiri, eodem tempore continentia votum edere, & in Monasterium se recipere necesse est. Subdiaconi officia sunt, vasa sacra ad Missæ Sacrificium necessaria parare, & Epistolam canere.

Diaconi gaudent institutione in sacris Litteris indigitata, & in universa semper Ecclesia Diaconi fieri; Ordinantur illi, quemadmodum Presbyteri per manuum impositionem, & quidem Populo consentiente. Sed eodem tempore Episcopus eis Evangeliorum librum tangendum exhibet, quia præcipuam potestatem recipiunt, ut Episcopo, & Presbytero in Missæ Sacrificio deserviant; & Evangelium in Solemnibus Missis legant. In Ecclesia primitiva pluribus aliis muneribus fungebantur.

Omnino necesse est, ut Presbyter anni saltem spatio Diaconus fuerit, & vigesimum quintum ætatis annum atigerit, vel inchoaverit. Ejus capiti ambas Episcopus manus imponit, omnesque, qui adunt, Presbyteri ei patris manus imponunt. Eius Catechumenorum oleo Episcopus manus intrinsecus consecrat; tangendumque eidem offert Calicem vino plenum, & Patenam cum pane, ei Sacrificii Deo offerendi potestatem imperiens. Ei denique Episcopus iterum manus imponit, inquit: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, &c. Eum jubet obedientiam promittere. Itaque duplex distincta potestas confertur hoc Ordine, una in naturale Divini Filii Corpus, in ejus mysticum Corpus aliter. De Episcoporum Ordinatione nihil hoc loco, cum alibi dictum fuerit.

C A S U S I.

Ordines in fraudem recepti.

- 1. Ecclesiasticus in Diocesi natus, in qua Canonatum possidet, Beneficium in alia Diocesi suscipere non potuit, ut ibidem ordinaretur, quia id in fraudem faceret. 2. Conjuratus provincie in Jure contra ejusmodi fraudem instillans subit. 3. Si ita se gessit, ignorans bona fide se Conjuram incurvere, ne cuius negat, a sui functionibus abstinere, & se redintegrandum curare debet.

Q U Æ S I T U M.

Subdiaconus e Diocesi A. . . . ubi natus est, ubi domicilium habet, ubi Canonatus gaudet, Beneficium obtinuit in Diocesi B. . . . in qua per Extra tempora Ordinationis die Diaconatum, & postredie Presbyteratum suscipit. Tum vero ad Diocesim, in qua Canonatum possidet, reversus est. Interrogatus super hac agendi ratione, pronuntiat, se credidisse licere sibi ita ad Ordines tuta conscientia non sine multis ejusdem loci exemplis accedere; porro Episcopum B. non nisi re sedulo ponderata, ut proinde nullus omnino scrupulus superesset, ad sibi conferendos Ordines devenisse, idoneis Theologis ita fieri posse testantibus. Interrogatus, an cum abiit, Ordines suscepturus in Diocesi B. . . . consilium habuerit, nec ne ad Diocesim, in qua est Canonatus, redeundi: respondit, ita sane. Demum interrogatus, an cum petiit Beneficium B. . . . cujus vi Ordinibus initiatus fuit, ea mente fuerit, ut ibi consisteret, degeretque; fidenter respondit, id sibi semper consilium fuisse, ut ad sui Canonatus A. . . . servitium rediret. Super hac facti specie rogantur Sorbonæ Doctores, ut ad sequentes quaestiones respondeant.

- I. Quodvis Beneficium factitium est ad Ordines in aliena Diocesi suscipiendos? II. An non opus est, ut Beneficium sufficiat ad titulum constituendum independentem a patrimonio, quod requiritur? III. Ecclesiasticus, qui Beneficio potitur in fraudem sibi propositis Ordinibus ab alieno Episcopo suscipiendis, an non censetur subest a Jure instituta in eos, qui ita se gerunt?

(a) Saine Beuve t. 1. cal. 13. Cabassut. in praxi l. 3. c. 6. n. 5. Bachel in Act. Eccl. Gall. l. 3. c. 44. 74. 89. Rebuff. in praxi n. 19. tit. de Clericis, & a quibus. Fevret. de abusu l. 3. c. 4. n. 1. (b) Barbosa in C. cum nullus de temp. Ordini. in 6. & lib. 1. de jur. Ecclesie 33. n. 38. Garcia 2. p. c. 4. n. 3. Fagnanus in cap.

IV. Quid sit, Beneficium in fraudem suscipi, & undenam cognoscatur, illud ita susceptum esse?

V. Tunc ne, cum suscipitur, ut proprii Episcopi Jurisdictioni vitetur? An non eo animo iniiri censetur, cum Beneficium adeo tenuis provenit, ut Clerici titulo constituendo sit impar, cumque is, qui Beneficium init, jam alium obtinet in Diocesi, in qua commoratur, an non censetur secundum hoc Beneficium suscipere in fraudem, & quia est, cur vitetur, ne tam cito, ac tam facile a proprio Episcopo ad Ordines admittatur?

VI. Clericus, de quo quaeritur, cum in his omnibus circumstantiis veretur, nonne Beneficium, cujus gratia, Diaconus aut Presbyter initiatus fuit, in fraudem suscipere in foro exteriori censendus est?

VII. Contraxitne suspensionem, & cum deinde celebraverit, irregularitatem?

VIII. Quoniam bona fide se celebrasse contendit, quin se ulla Censura innotuam crederet, & a proprio Episcopo jus situm ab Ordinum suorum officis abstinuit, credere potest irregularis non esse, eique vel iurato fides adhiberi?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie putat, ex Jure Canonico C. Nonnullus, de temp. Ordini. in 6. (a) licere Clerico ab originis Episcopo, ab Episcopo domicilii, a Diocesi denique, in qua Beneficium obtinet, Episcopo Ordines suscipere; hæc Rebuffi, & Fevreti sententia est. Vide Synodos, Andegavensem an. 1203. Aquilgranensem an. 1585. Lyonensem an. 1404. quibus proprii Episcopi nomine venit Episcopus vel originis, vel domicilii, vel Beneficii.

In Cleri quidem Congregatione an. 1655. Galliarum Episcopi ægre admodum id amplecti potuerunt, quod in Bonificii VIII. Decretali traditur, ad eos quod attinet, qui ab Episcopis suscipiunt Ordines in his Diocessibus, in quibus continent Beneficia, nihil tamen isi oppositum, que in Decretali continentur, statuit ea congregatio; cohortata solum est Episcopos, ut hanc regulam custodirent, ut eos nempe tantummodo, qui suis in Diocessibus nati essent, Ordinibus insignirent. Hoc posito respondetur:

Ad primam, & secundam quaestiones, Beneficium quodvis ad Ordines in aliena Diocesi suscipiendos sufficere, dummodo congrui tituli locum tenere possit. Ita sentiunt Barbosa, Garcia, Fagnanus, (c) cujus verba infra afferuntur, Henriquez, Sanchez, Diana: Dac. Reverendus Episcopus, inquit Henriquez, in cu-

Omnis de poenit. & remiss. n. 98. & seq. Henriquez l. 10. c. 22. lit. c. Sanchez opusc. l. 7. dub. 23. n. 7. Diana 4. p. resol. 51. Piacetius in praxi Episc. l. 1. c. 1. art. 2. n. 3. Bonacina de Sacram. Ord. disp. 8. q. unic. punct. 4. Barbosa de potest. Episc. part. 2. alleg. 4. n. 58. Fagnanus tom. 3. lit. c.